

X 187 6440

DISSERTATIO  
DESALVATORIS NOSTRI, QVA  
OSTENTANT PASSIM

PAPAEI,

RELIQVIIS.

QVA

PLURIMUM-VENERABLEIS  
ET AMPLISSIMOS

DNN. INSPECTORES,

DOCTOSQVE OMNEIS

M. JOHANNES SEBASTIANUS Mit-

ternacht / ILLUSTRIS RUTHENEI

RECTOR,

AD EXERCITIUM ORATORIO-  
DRAMATICUM,

IN QVO DE CRUENTO

HERODIS INFANTICIDIO  
LATINE, GRAECE, EBRAICE, ETMEMORITER QVIDEM AC SUB  
CERTO SCHEMATE,

VIDAM GYMNASII ALUMNI

CRASTINA LUCE

SUB IPSUM SECUNDAE POMERIDIANAE

AUSPICIUM

IN PRIMANORUM AUDITORIO

COLLOQUENTUR,

SUBMISSE, OFFICIOSE ET AMICISSI-

ME INVITAT.

GAERAE, PRAELO HAERED. MAMITZII,

II i  
1441

79





(a)  
2. Thesf. II. II.



Ristissimam esse sub Papatus tenebris  
Ecclesiae faciem, id verò & experti olim fuere  
Majores nostri, & evidentissimè testatur Apo-  
stolus, inqviens: (a) διὰ τούτου (quod sc. quidam,  
qui sub Christianorum nomine nihil minus  
sunt, quam Christiani, τὴν ἀγάπην τῆς ἀλη-  
θείας οὐκ ἐδέξαντο, uti versu praecedente locutus  
fuerat) πᾶσι τοῖς ὁ θεὸς ἐνέργησεν πλάνης,

(b)  
fol. m. 279.  
col. 1.

[h. e. deceptionem efficacissimam, seu vim quamdam in decipiendis  
illis potentissimam, uti exponit Dn. D. Friedlieb in Theol. Exege-  
ticâ N. T. (b)] εἰς τὸ πᾶσαι αὐτὰς τῷ ψεύδει. Docet n. Doctor ille  
gentium, justissimo Dei judicio, neglectum & contemptum verbi, per  
Prophetas & Apostolos nobis revelati, justissimè vindicantis, ita quo-  
rumdam corda excoecari, ut ipsissimis, crassissimisq; mendaciis, ac  
fabulis putidissimis fidem habeant. Id a. solenne esse atq; usitatum  
in Papatu, norunt omnes, nisi qui ἐκ τῶ οἴνου τῆς πορνείας τῆς πόρνῃς  
μεγάλῃς ἐμεθύθησαν. (c) Ac demonstratum id uberius hac tenus in  
quibusdam programmati dedimus. Et sanè non possumus non mira-  
ri maxumopere, inveniri inter eos etiam, qui apud orthodoxos enu-  
triti aliquamdiu & educati fuerunt, homines nonnullos, qui apertis  
coecutire oculis videntur, ac in casseis Papaeorum delapsi avidissimo  
pectoris hiatu tam foeda mendaciorū atq; portentosa monstra adripi-  
unt, quae, quotquot sanae mentis, detestantur, abominantur, execran-  
tur. Tanta verò est ἐνέργεια τῆς πλάνης, ut miserrimi illi Apostatae,  
licet quavis talpâ coeciores, solos tamen se videre, omneis a. alios in-  
crassissimis oberrare tenebris, coeco, immò bruto judicio arbitrentur.  
Ideò hujus fuffuris nonnemo non ita pridem, posteaquam Altdor-  
phio valere jussu discesserat ad castra Pontificia, sub frontispicium  
schedulae in muséo relictæ hos versiculos exaraverat:

(c)  
Apoc. XVII.  
2.

*O curvas hominum menteis! o pectora coeca!*

*Qualibus in tenebris vitae, quantisque periculis*

*Degitur hoc ævi quodcumq; est - -*

Verum enim verò  
his



his verbis non orthodoxorum menteis ac pectora describi, sed Papicolarum, id vel solae de RELIQUIIS fabulae, quibus abunde scatet Papatus, quaquà patet, ad oculum ostendunt. Specimen ejusmodi fabularum dedimus antithac in programme publico de reliquiis Johannis Baptistae conscripto. Hanc itaq; telam jam pertexturi in discipulorum gratiam nonnulla de *reliquiis Salvatoris*, quas Papicolae passim venditant, referemus. Eas v. ordinis gratiâ in *treis* classeis distribuemus, quarum *prima* illas reliquias, quae ad Christi corpus spectant; *secunda* quae ejus *vestimenta* concernunt, *tertia* deniq; alias, quae ex illius contractu sanctificatae, ideoq; vi quâdam sanctificandi mirificâ instructae creduntur, continet. Ad *primam* itaq; classem refero Christi PRAEPUTIUM, in circumcisione recisum. Hoc n. Papaei se habere nugantur. Audiamus Erasmus ita disferentem: (d) Quid dicturus sit Hieronymus, si videat hodie ostentari Christi *praeputium*, In annotat. quod, cû sit res incerta, religiosius adorant, quam TOTUM Christum &c. Matt. XXIII. B. D. Himmelius alicubi haec habet; (e) Charrovienses Monachi *praeputium* Christi hominibus, ut revereantur, ostendunt: praeputium idem Romae in templo Lateranensi adservatur &c. Hermanus Bauink in libro Romae ann. clc lxxc. lingvâ Germanicâ, typis verò Latinis edito cum hac epigraphe: *Wegsetzer zu den wunderbaren Sachen der Heydnischen erwan/ nun aber der Christlichen Stadt Rom/* hac de re hunc in modum nugatur: (f) Hier [in templo Lateranensi] ist auch zu sehen gewesen Praeputium Christi, in dessen Beschneidung mit einem steinernen Messer den achten Tag seiner Geburt abgeschnitten mit Blutvergiessung. Ist von Maria neben dem Blut gesammelt/ von ihr erstlich/ hernach von Johanne dem Evangelisten / und leztlich von andern aufgehoben worden. Von Jerusalem hats ein Engel S. Carolo Magno dem Kenser ann. 800. gen Aquisgranum [Achen] in Teuschland gebracht. Im 876. Jahr aber/ wie Pabst Innocentius III. [ann. clc xcix. electus] bezeuget / ist es gen Rom kommen. Da es seiner Heiligkeit wegen bey diesen Sanctis Sanctorum ehrwürdiglich ist aufbehalten/ biß 1525. da es gottlose Soldaten / welche die Stadt Rom / und diese Capell plünderten/ von dannen genommen / ist aber mit gutem Glück dem berühmten / edlen und andächtigen Herren de Angvillara in die Händ kommen/ der es noch außerhalb Rom in seiner Herrschaft wie einen himmlischen Schatz bewahret. Haec fabulator. Baronium certè pu-

(d)

In annotat.  
Matt. XXIII.

(e)

de Invoc. re-  
lig. p. m. 923.

(f)

pag. 107.

pu-



putidissimi hujus commenti puduisse videtur, quippe, qui nihil de superstitie adhuc isto praeputio monet, licet prolixius de praesepi, cunabulis, fasciis, aliisque declamitet. D. W. Franzius in praefatione des *Historischen Verzeichs von den Heilstatumen zu Wittenberg und Halle*: ita: Die beschnittene Vorhaut des Herrn wird gezeigt zu Antorff / zu Rom / zu Bisanz / eine / so der Engel von Jerusalem nach Ach geführet haben soll / und noch eine in Franckreich. Non v. praeputium tantum, sed sanguinem etiam in circumcissione fustum habent Papaei. Nam tres

(g) *Conf. Cath. tom. 3. p. 666.* guttulae in circumcissione effusae ostensae fuerunt olim Argentinae, inquit B. D. Gerhardus. (g) Ac testatur Biel, (h) sanguinem Christi, qui de ejus latere in cruce effluxit, Romae in Ecclesia Lateranensi contineri, ac die Paschatos populo adorandum ostendi. Quaedam etiam

(h) *lect. 50. in Can Misf.* sanguinis Christi guttulae de cruce per Nicodemi chirothecam exceptae ostenduntur Rupellis Pictorum, ait B. Himmelius. (i) Ae plenae sanguinis Dominici phialae Mantuae monstrantur; liquidusque in vase

(i) *loc. cit. p. 922.* se crystallino demonstratur Biloni in Averniâ, coagulatus v. in vico proximo. Plenis pateris effusus Romae ad D. Eustach. Ex corpore exanimi, priusquam sepeliretur, extersus, Brugis in Flandriâ ostenditur; aquae admixtus, uti ex latere fluxit, Romae in templo Lateranensi adoratur. (k) Quid verò Thomas, cujus doctrinam universaliter

(k) *vid. Gerb. l. c.* adprobat Urban. Papa V. & cui juxta Salmeron. Jesuit. (l) summus Pontifex hoc tulit testimoniū, quod quicumque doctrinam B. Thomae

(l) *comm. in ap. pist. Rom. 5. disp. 51. 5.* impugnat, semper fuerit de haeresi suspectus; quid, inquam, hic Thomas de Christi sanguine? Adserit ille (m) TOTUM [vel omnem] Christi sanguinem in cruce effusum in CORPUS REDUISSE, ac sanguinem, qui in quibusdam Ecclesiis pro reliquiis conservatur, non fluxisse de Christi latere, sed miraculosè effluxisse de quadam Christi imagine percussâ. Haec ille, quem Christus ipse, juxta communem Romanensium opinionem, de coelo his verbis adlocutus fuit: RECTE DE

(m) *p. 3. q. 54. art. 2.* ME SCRIPSISTI THOMA. Vidit scil. Thomas, ac probè pro judicii, quo fuit, acrimoniâ intellexit, meras esse fraudes, ac imposturas, quibus simplex ac rudis populus persuadetur, esse reverà Christi sanguinem, qui ostentatur. Ne verò Ecclesiae Romanae turpitudinem ipse proderet, addidit, sanguinem, qui adorandus proponitur, miraculosè ex imagine quadam Christi fluxisse. Si itaque totus vel omnis Christi sanguis in cruce effusus in corpus Christi rediit, quâ ratione illum

illum



illum tot locis ostentant reliquiarum mangones? Aut igitur Thomas;  
& cum eo Pontifex, mentitur, aut mentiuntur alii, qui sanguinem  
Christi etiamnum obtrudunt. At Hermanus Bauink (n) ann. Christi  
c13 loc XXIX. ostensum Romae fuisse ait Christi sanguinem. Sic n.  
ille: In zweien Ampullen wird hier gezeigt von dem allerkostbarlich-  
sten Blut und Wasser aus Christi Seiten / das Maria und Johannes  
aufgehoben. Quibus ultimis verbis innuit, non sanguinem ex imagi-  
ne effluentem, sed ipsissimum Christi sanguinem Romae etiamnum  
adservari. Adduntq; Censores Romani sub finem libri, eum ipsum  
nihil habere Catholicae fidei, vel bonis moribus contrarium. Et Ba-  
ronius (o) scribit, Benedictum IIX. è reliquiis templi Lateranensis ad  
monasterium Casinense nonnihil de sanguine Domini misisse. Per-  
gitur verò, Nam & lacrymulam unam ex illis, quas Christus effudit,  
quum Lazarum defleret, habere Vendocini gloriantur, (p) Testaturq;  
Chamierus, (q) se vidisse illam thecam cum inscriptis his versibus:  
Εξ. η. Αδ. ζ. α. ρ. ε. δ. α. υ. ρ. γ. η. ε. σ. ε. ν. α. υ. τ. ο. ς. Ι. η. σ. ς. Ο. μ. α. σ. ι. ν. α. η. λ. α. υ. σ. ι. σ. ι. ν. α. η. θ. ε. α.  
δ. α. η. ρ. υ. α. λ. ε. ι. β. ω. ν. Lacrymarum Christi, fortassis alibi profusuram, memi-  
nit etiam liber de spoliis, exuviis & reliq. Sanctorum, quem lectioni-  
bus suis memorabilibus inseruit Wolfius. (r) Quo libro adseritur et-  
iam, Charrovienseis Monachos Christi dentes atq, crines hominibus,  
ut revereantur, ostendere. Witeb. ostendebant etiam barbae Chri-  
sti particulam, pag 44. Atq; haec de primae classis reliquiis. Nunc ad  
executiendam secundam classem progredimur. Occurrunt hic, quae  
infantibus loco vestimentorum sunt, fasciae, quibus involutus fuit  
Christus, quum jam natus esset. Harum aliquas Romae in S. Maria  
major. ostendunt. Sic n. Herm. Bauink: (s) Hier ist von den Bindeln  
und Tüchern Christi. Eudociam, Theodosii principis uxorem, à Juve-  
nale, Hierosolymorum Episcopo, accepisse beatissimas fascias Salva-  
toris nostri Jesu Christi, easq; ad S. Pultheriam Augustam, dono mi-  
sisse auctor est Nicephorus, ait Baronius. (t) At v. quis ignorare pos-  
sit, quam fabulosus sit scriptor Nicephorus. (u) Idem Baronius in  
prooemio anni primi Dom. ita etiam concionatur: (x) Quod ad ipsos  
pannos pertinet, quibus dicit Evangelista Christum à matre fuisse in-  
volatum; admirabili quadam divinâq; dispensatione factum est, ut  
sacratissimae illae fasciae ad tantae rei memoriam futuris temporibus  
servarentur, in quarum honorem nobilissima erigeretur basilica, &

(n) loc. cit. p. 97.  
(o) ad ann. c13  
XXIII. n. vel  
S. 1.  
(p) Gerb. l. c. pag.  
672. 1.  
(q) lib. xvi. Pan-  
strat. cap.  
XII. n. 4.  
(r) tom. 2. pag.  
233. seqq.  
(s) loc. cit. p. 149.  
(t) A. C. 439. n.  
4.  
(u) Vide Gerb.  
Patrol. p. m.  
620.  
(x) an. mm. 3.



- anniversaria festa dies à Christiano pop. ageretur. Reliquiae Witeb.  
 (y) ita: Hier ist von dem Tüchlein/ darinn Christus gebunden / ein Paro-  
 ricul. Et Reliquiae Hallenses apud eundem Franzium: (z) Hier  
 ist vom Windeband (Windelschnur) oder Schnur/ damit Christus em-  
 gebunden. Vom Tuch darinn Christus gewickelt in der Opferung im  
 Tempel sehen Particul. Et paulò pòst: (a) Hier ist vom Tuch/ darinn  
 Christus gewickelt/ als ein Kind. Et Ludovicus, Francorum Rex, de-  
 votionem Hispanorum inflammare erga Sanctorum cultum deside-  
 rans, hoc anno cl<sup>o</sup> cc XLIX. nonnullas Sanctorum pignorum parti-  
 culas Toletum misit, & inter illas etiam de *tunicâ Domini purpureâ*,  
 quâ indutus fuit, ac de *pannis* infantiae Salvatoris; inquit Bzovius ad  
 illum animum. (b) Porro Ragusini ostentant *lintheum à Pastoribus* ad-  
 latum ad Christum infantem, teste Heinricho de Beauvan in Itinerario  
 Hierosolymitano. Inter reliquias quoq; Hallenses apud Franzium (c)  
 erat das Tuch/ darinn der alte Simeon den Herrn in die Arm genommen/  
 und darinn Christus gewickelt. (d) Aliquot etiam particulas de *vesti-  
 mentis* Domini Benedictus II<sup>x</sup>. Caslinensi Monasterio donodedit,  
 ceu quidem refert Baronius. (e) Et *supparum* Christi Romae Latera-  
 nenle templum sibi vendicat, licet idem etiam Achi in Germaniâ re-  
 periri dicatur, inquit auctor libri de spoliis, exuviis & reliquiis San-  
 ctorum. Ultrajectini verò *sudarium* Christi sibi olim vendicabant.  
 (f) Quàm turpiter, ut pergamus, contradicant sibi in puncto de tuni-  
 câ Christi inconsutili, ante annum ferè in programme evicimus. In  
 templo Lateran. Romae visitur das Purpurkleid/ welches dem Her-  
 ren von Pilato ist angeleget/ und mit seinem theuersten Blut benetzt wor-  
 den; Sic n. ait Hermanus Bauink (g) nec non ein Hemdlein/ das die  
 Mutter Christi ihrem Kindlein mit ihren eignen Händen gemacht hat;  
 ait idem. (h) Die Schuch Christi sind zu Rom / inquit Franzius. (i)  
 Calcei Christi in SanctoSanctorum cultu proscinduntur idololatrigo.  
 Verba sunt libri de exuviis, aliquoties laudati. Ibidem Romae osten-  
 di adseverat Bauink; Den Schleyer/ den die berühmte Mutter Jesu  
 von ihrem Haupt genommen/ und ihm lassen umlegen / als er vor der  
 gangen Welt nacket am Creuz hieug. Sed Jacobus Gretserus, Jesuita  
 notissimus, ipse citra fidiculas fatetur, (k) *lintheum* hoc Salvatoris,  
 praeter *Romanum* illud, in Germania *duobus* distinctis locis ostendi,  
 Aquisgrani nempe, & in monte sancto Bavariae; & agnoscit; idem  
 eve-
- (y)  
 apud Franz.  
 loc. cit. p. 43.  
 n. 6.  
 (z)  
 pag. 23. n. 21.  
 a) pag. 26. n.  
 33.  
 b) n. 11.  
 c) pag. 22.  
 d) ibid.  
 e) ad ann.  
 Christ. 1023.  
 n. 1.  
 f) Franz. in  
 praef. B. 1 f.  
 2. fin.  
 g) loc. cit. p.  
 97. Et Mira-  
 bilia urb. Ro-  
 mae edita p.  
 29.  
 h) ibidem.  
 i) praefat. a.  
 3. f. 2.  
 k) de cruce  
 Christ. lib. 2.  
 pag. 62. edit.  
 ad 1600.



evenisse cum aliis instrumentis Dominicae passionis, idq; factum  
 nullo religionis detrimento, sed potius magno incremento: nec se-  
 mel peperisse PIAM HOMINUM CREDULITATEM ejusmodi er-  
 rorem; ac sacra pignora & lipsana ex imitatione aucta, & ex pro-  
 totypo saepius expressa, occasionem dedisse posteris, ut sibi persua-  
 derent, se *ipsum exemplar* possidere, cum non nisi *imaginem* haberent.  
 (l) Immò faretur, tunicam Christi inconsutilem, cum divisa non fue- l) *Vide eum-*  
 rit, non posse esse, nisi *uno tantum* in loco. Ubi a. vera sit tunica, id *dem Gretf.*  
 se ignorare ait, & etiam si perspectissimum id haberet, nolle tamen *lib. 1. cap. 95.*  
 id cuiquam aperire, quandoquidem, ipso quidem iudice, religioni Ca- 96. 97. *Ad-*  
 tholicae nihil detrimenti accederet, etsi ubi illa tunica verè sit, igno- *de unCao*  
 retur. Sic scil. Jesuitae illudunt miseris, ac simplici popello. Ultimum *thol. Pabst-*  
 locum adsignamus linteo, quo discipulorum pedes sub ultimam *thum Heilbr.*  
 coenam absterxit Salvator, quod Lateranensi templo Bauink trans- *fol. m. 257.*  
 scribit, cujus particulam Hallenses olim habebant, apud Franz. p. 18.  
 Ad tertiam v. classem properamus. Ubi ante omnia *praesepe* Christi  
 occurrit, nisi primum locum vindicare velis *indusio* Mariae, quo in  
 ipso partu vestita fuit. Habent id reliquiae Hallenses apud Franzium m) *pag. 27.*  
 (m), certè quasdam ejus particulas. De praesepe autem ita Bauink: n) *pag. 149.*  
 (n) Hier [Romae in aede B. Mariae major.] ist die Krippe Christi  
 eingemauert in einem Altar. Et post paulò addit: Die Romfart ann.  
 1614. zu Constanz gedruckt / begehrt hier und anderswo grosse Irr-  
 thum; Denn in der Heil. Christnacht / steht daselbst / trägt man die N.  
 Krippe in pur lauter Silber und Crystall eingefasst / da steht man 1000.  
 brennende Lichter. Aber das ist falsch. Denn die Krippe liegt vermauret. o) *pag. 96.*  
 Loquitur a. quasi de *toto* praesepe. Et nihilominus, ubi templum  
 Lateranense describit, inquit: (o) Hier ist [etwas] von der Krippen p) *pag. 150.*  
 und Wiegen Christi / nec addit, quae sit illa praesepeis particula. Ma- 151.  
 riae majori idem praesepe adjudicat etiam liber de spol. exuv. & reliq. q) *num. 59.*  
 Sanctorum. Egregiè v. Bauink mentitur, dum negatur per Helenam r) *In Calend.*  
 praesepe illud Christi Romam translatum, Hieronymi autem tempo- *Histor. p. m.*  
 re Bethlehemaë adhuc fuisse. (p) At Baronius Helenae obitum re- 148. & 272.  
 fert ad ann. Chr. ccc XXVI. (q) Eberus verò ad ccc XXXVII. (r) *edit. in 4.*  
 quo anno Calvisius (s) Constantinum fuisse mortuum adserit. Et s) *fol. 517.*  
 juxta Baronium (t) & Calvisium mortuus est Hieronymus Bethlehe- *col. 1. fin.*  
 mac anno Christi cccc XX. Si ergò anno cccc XX. Bethlehemaë t) *A. C. 420.*  
 fuit *num. 39.*



fuit praesepe Christi, quomodo idem ab Helenâ, ann. ccc XXVI. vel ccc XXXVII. defunctâ, Romam deferri potuit? Nisi credas, Helenam, ante XCVI. vel XXIII. annos mortuam, ideo ad tempus resuscitatam fuisse, ut praesepe Christi Romam deportaret. An. v. non pudet mendaces tantarum ineptiarum? Neq; putandum tamen, solis Romanis licere esse tam beatis, ut nihil ejus praesepe existeret alibi.

- u) Franz. p. 43. Nam reliquiae Witebergenses habent XIII. particulas inde decerptas. (u) Hallenses itidem habent, quod ostendent, (x) IV. videlicet distinctas. x) Ibid. p. 11. Etas particulas, quibus accedunt duae aliae particulae, (y) ac praeter p. 13. p. 14. p. 18. ca XX. aliae, (z) atq; iterum alia. (α) Eant nunc Papaei, dicantque Romae totum esse praesepe; cujus XXVII. particulas Hallenses olim, ac Witebergenses XIII. monstrarunt. Haut itaq; praeter rem Jac Heilbrunnerus scribit: (C) Wenn die Stüek vom Creuz Christi / die Nägel / die Dornen / darmit er gekrönet / die Particul von der Krippen / darinnen er gelegen seyn soll / die hin und wieder in der Christenheit ostentiret / und dafür gehalten werden / bey sammen seyn sollten / man würde es auff vielen Wägen nicht führen können. At verò nondum constat, num praesepe lignum fuerit, an lapideum? Baronius in praefatione anno I. praefixâ, & quidem §. 2. dicit: praesepe Domini IN RUPE EXCISUM erat. Sed num. vel §. 5. ait: constat, vas illud, [quo Christus exceptus fuit, & reclinatus, sive praesepe] fuisse LIGNEUM. Ideoq; Chrysostomum; qui praesepe vocat lateritium, non de vase ipso, sed de exigua lateritiâ structurâ, quae ipsum praesepe, Christi incunabula, continuerit, locutum fuisse operosè contendit. Deinde haec subdit: Christi natalis nobilissimum monumentum EX LIGNO confectum, nullâq; argenti vel auri caelaturâ coniectum, POST MULTA TEMPORA inde translatum Roma possidet. Non v. audet addere, quando, aut a quo, & quomodo translatum fuerit, cautior quippe Bauinkio. Conciliet a nobis Cardinalis haec duo à v. Paludâ: praesepe scil. ex rupe excisum, & tamen lignum esse. Sed fortasse in Judaeâ fuerunt olim rupes lignae. Doct. Johannes Geilerus Keisersbergius ann. cId Io X. defunctus, in Postill. (γ) haec habet: Da ioch Joseph mit Maria in ein gemein offen Hauß / das hatt kein Wand / sondern nit mehr denn ein Dach. In demselben Hauß was ein stein in Kripf / uf das die Lüt / die dar in Markt furen / an dieselbige Kripf bunden ihre Roß / und ander Vieh. An dieselbig Kripf band Joseph sein Eseln und sein Kind. etc. Mi-

(γ)  
fol. X. col. 1.



Mirum sanè, tantum Ecclesiae Pontificiae Doctorem ac lumen igno-  
rasse, quod Romani venerentur praesepe LIGNEUM; aut, si non igno-  
ravit, nihilominus Christi praesepe adseruisse LAPIDEUM. Certè pa-  
rum curasse videtur *lignum* Romanorum praesepe. Quid, si dicamus,  
supervacaneam esse hanc disceptationem, utrum praesepe *lignum*  
fuerit, an v. *lapideum*? Nondum n. evictum est inter Philologos, u-  
trum Christus repositus in praesepe, prout nos hodiè hanc vocem ac-  
cipimus, fuerit. ἐν τῇ Φάτνῃ positum Salvatorem Lucas adserit. Sed  
Φάτνῃ, quando in primis τὸ κατὰ λύμαλιν opponitur, vel ab eodem di-  
stinguitur, non semper notat idem, quod praesepe in vulgari signifi-  
catione sumtum: quia frequentissimè *stabulum jumentorum*, sicut  
κατὰ λύμαλιν, τῇ Φάτνῃ oppositum, *diversorium hominum* significat.  
Videri potest hac de re Heinsius, (d) & Salmasius in hunc Evangeli-  
stae locum, quibus addatur Walaecus. (e) Immo nec Latinum praesepe  
apud Classicos auctores Germanorum Krippe respondet. Nam ita  
alicubi (ζ) Virgilius: *Stabant* [sc. equi] *tercentum nitidi in praesepe*  
*bus altis*, *Stehen aber die Pferde in den Krippen/ oder im Stalle?* Et  
alibi (η): *Setigeriq; sues, atq; in praesepebus urfi saevire &c.* At urfi in  
stabulis saeviunt, non in den Krippen. Forum Romanum, vastissimū  
Lat. ling. Lexicon, haec habet: Praesepe, praesepe, pen. prod. neut.  
gen. Φάτνῃ *stabulum dicitur equorum, mularum & caeterorum anima-*  
*lium. &c.* Similia Calepinus habet. Sensus proinde Lucae videtur  
esse, quod Christus in *stabulo* natus & repositus fuerit, propterea, quod  
non esset locus in *diversorio* hominum, scilicet ubi viatores vel pere-  
grini hospitabantur. Utrum autem repositus Christus in *einer Krip-*  
*pen* fuerit, id, ut non negamus pertinaciter, sic nec adfirmare temerè  
volumus. Vides igitur, quo fundamento nitantur Papaci *pro ligneo*  
praesepe tam audacter, paenè dixerim, impudenter, pugnantes. Sed sa-  
tis de praesepe, quod non Romae tantum, sed in Hispaniâ quoq; ostendi  
Chamierus lib. XVI. Panst. cap. XII. §. 5. docet. Ad *cunas* Christi festi-  
namus. Nam & has habet Roma, si credere fas est. Sic certè Herman-  
nus Bauink: (θ) *Joseph hat seinem eingebornen Sohn/ weil er ein*  
*Zimmermann gewesen/ eine Wiege gemacht. Denn wer wolte sagen/ da*  
*die werthe Mutter so lange Zeit/ ganker vterzig Tage/ sey im Stall geblie-*  
*ben/ und ihr liebes Kindlein jedesmal in die Krippe gelegt? Ist dero-*  
*halb*

(d)

Exercit. N.

T. ad Luc. II.

7.

(e)

in libb. Hist.

N. T. p. 540.

(ζ)

VII. Aen. v.

275.

(η)

Eod. lib. v. 17.

(θ)

pag. 150.

))

hals



(i)  
 pag. 97.  
 (u)  
 Franz. p. 43.  
 n. 6.  
 (λ)  
 pag. 155.  
 (u)  
 pag. 43.  
 (v)  
 pag. 22.  
 (ξ)  
 pag. 43.  
 (o)  
 pag. 336.  
 (π)  
 part. 2. diff.  
 Theol. diff.  
 67. de multi-  
 plici Papatu  
 idolomaniâ,  
 pag. 1471.

halben diese Wiege folgender Zeit mit so vielen andern Heiligen Sachen  
 gen Rom gebracht / und hier in dieser Kirchen [Mariae major.] bey der  
 Krippen allezeit in höchsten Ehren gehalten worden. Ist wunderbarlich  
 schön in eine silberne eingefasset / und von Philippo III. Könige in Spa-  
 nien mit viel tausend Cronen gezieret. Ubi notandum, impostorem  
 etiam de cunis loqui, ut *integris*. Quot verò per orbem Christianum  
 harum cunarum *particulae* ostentantur? Nonnihil de illis intra ipsa  
 Romae moenia in templo Lateranensi ostendi, ipse impostor monet.  
 (i) Witebergenses, ut reliquas gentes ac populos taceam, etiam ea-  
 rumdem *particulam* habuerunt. (u) Quantum quoque de foeno passim  
 venditur, quod Christus in praesepe jacens contactu suo sanctifica-  
 vit? Bauink (λ) ait: Hier in S. Maria major. ist auch von dem Heu/  
 darauff das süsse Kindlein in der Krippen gelegen. Witebergenses *duas*  
 ejusdem *particulas* (μ) & unam Hallenses reliquiae (ν) continebant.  
 Illae etiam *particulam* de *stramine* cunarum habuerunt. (ξ) Quid ve-  
 rò sentiat Erasmus, percipiamus. Sic autem ille in Ecclesiaste: (o)  
 Horum non dissimiles sunt, quos nimium diu tulit mundus, qui cir-  
 cumferunt reliquias ac statuas sanctorum, summâ impudentiâ jactan-  
 tes miracula, quae numquam gesta sunt, & interdum plusquam scur-  
 rili impudentiâ *foenum* ac *stramenta* ex latrinâ fortassis aut horreo  
 sumpta offerunt simplicibus *osculanda* &c. Ac ridiculam historiam  
 recitat Heerbrandus, (π) quam hîc repetere non fors alienum erit à  
 scopo. Verba ejus haec sunt: Fuit ante annos circiter nonaginta  
 Rotenburgi ad Nicrum Sacrificulus quidam vulgò & ex cognomine  
 Pfaff Jsele dictus, homo ingeniosus, qui cum Romam sive religio-  
 nis, sive aliâ de causa sese contulisset, factus est Pontificis Romani In-  
 dulgentiarius. Rediit itaq; in patriam reliquiis instructus, pennâ  
 ex Archangeli Michaëlis alâ, cujus virtutes, ut fuit disertus, mirificè  
 commendavit, ut merces suas extruderet, quaecumq; inde faceret  
 maxumum. Accidit autem, ut quodam Sabbatho vesperi diverteret  
 Altingae, qui est pagus non procul Thubingâ disitus; ubi quum ge-  
 nio indulgeret liberius, negligentius reliquias suas custodire coepit,  
 vino magis deditus, quam sacro. Factum est itaque, ut ex theca re-  
 liquiae illae sacrae surriperentur. Manè postquam surrexisset Sacrifi-  
 culus, requirens suas reliquias, quò merces suas exponere & populo  
 ostentare posset, sublatas esse videt. Nil igitur cunctatus, nec dissi-  
 mu-



mulans, quod hospitam esse consciam judicaret, rectà in stabulum descendit, èq; proximo praesepe pauxillum *foeni* adripuit, suaeq; includit thecae: haec meae, inqviens, sunt reliquiae. Quod quum hospita vidisset, ridere reliquias istas coepit. Atqvi, inquit ille, jam in templo, sacris modo interis, eas osculaberis. Quod quum se facturam pernegaret, indulgentiarius pactus est symbolum. Finita concione, impostor pro more reliquiarum suarum virtutes divinas propemodum coram populo nimis credulo depraedicare coepit: esse scil. *foenum* illud, super quo Christus recens natus in Praesepe Bethlehemico recubuerit; tantasq; habere virtutes inter reliquias alias, ut qui eas exoscularetur, eodem anno à peste, quae tum passim in illo Ducatu grassabatur, esset immunis. Praeterea arcere etiam omneis adulteros & adulteras, ut accedere non possint, nec illas exosculari. Hospita imposturarum conscia, diu cunctata, quod de lucello aliquid decederet, tandem de sumtu maluit, quam de famà periclitari, quod de pudicitia alias suspecta esset. Accessit itaq; postremo loco, sui stabuli reliquias exosculans: cui Sacerdos submissa voce, *en advenis?* dixit. Haec ille. Nec est, quod hanc historiam confictam clament Papaei à Lutherano, ut vocant per injuriam, haeretico. Nisi enim tales praestigiae & imposturae, saepius in Papatu evenissent, Erasmus illud, quod paulò antè retulimus, iudicium de foeno ac stramentis Christi corpore sanctificatis non tulisset. Quin ipse Baronius (e) ex Glabro insignem imposturam cujusdam reliquiarum mangonis recenset, quam lectu dignissimum huc referre placet. Sic a. Cardinalis è Glabro, quem Bellarminus singulari diligentia scripsisse perhibet: Fuit in praescripto tempore homo plebeius, mangonium callidissimus, ignoti tamen nominis & patriae, è tumultis clanculò ossa evellens è cineribus nuperrimè defunctorum hominum, sicq; imposita in diversis apophoretis venditabat apud PLURIMOS pro sanctorum Martyrum seu Confessorum reliquiis. Hic verò post INNUMBRAS hujusmodi illusiones in Galliis patratas perfuga venit ad loca Alpium, ubi persaepe brutae gentes inhabitant, habentes in arduis plurima domicilia. Ibi ergò more solito noctu colligans è loco abjectissimo ignoti hominis

(e)

rom. XI. ad  
A. C. 1027.  
§. 9. 10. 11.

)( 2

(for



(fortasse FURIS) ossa, quae posuit in capsellâ & feretro, dicebatqve, sibi ANGELICA ostensione revelatum fuisse, quem fingeat, esse sanctum Martyrem nomine Justum. Mox quoq; vulgus, UT SE IN TALIBUS HABERE SOLET, ignavum, & quidquid rusticanae plebis fuit, totum ad hanc famam confluit, poenitet insuper, si non est ibi morbus, qui curari deponat. Tunc ducit (scil. vulgus) debiles, confert munuscula, pervigil tenet excubias, praestolans repentina fore miracula, quae ALIQUOTIES PERMITTUNTUR FIERI A MALIGNIS SPIRITIBUS TENTATORIE, peccatis hominum praecedentibus, quod tunc procul dubio evidentissimè claruit. Multimodae quippe membrorum reformationes ibidem visae sunt exstitisse, ac insignia pendere oscillorum multiformia: nec tamen Moriamnae, vel & Coticae, seu Gratinonae, urbium, Praefules, in quorum dioecesium talia profanabantur, diligentiam inquirendae hujus rei adhibuere: quin potius conciliabula statuentes in aliquibus, nihil aliud, nisi inepti lucri quaestum à plebe, simulq; favorem fallaciae exigebant. Interea Mainfredus, Marchionum ditissimus, hujusmodi famam comperiens, misit è suis, qui vi rapientes illud, quod colebatur, simulacrū, sibi deferrent, quem aestimabant Martyrem venerandum. Imperat idem Marchio cōstituere Monasterium in Svetiae castro, quod est antiquissimum inter Alpes, in honore Dei omnipotentis, ejusdemq; genitricis Mariae, in quo etiam post expletionem operis illum (fictitium scil. Martyrem Justum) cum aliis quamplurimis Sanctorum pignoribus locare decreverat. Haec ibi. Et postquam Glaber exposuisset, se praesente tandem fraudes illius mangonis innotuisse, addit ista: Sed licet plures sanae mentis detestabile figmentum abolendum clamarent, vulgus tamen rusticanae plebis injusti nomen pro Justo venerans OLIM  
IN



IN SUO PERMANSIT ERRORE. Ex quibus patet, quid statuendum de plerisq; Papaeorum reliquiis. Si enim illas quoq; venerantur, quarum falsitas innotuit, quanto facilius venerabuntur alias, quarum imposturas nondum agnoverunt? Sed recensendae sunt aliae reliquiae. Remis in Galliâ monstratur *clunium* Christi expressa forma in lapide, quam, quâ Christus lapidicida factus esset, sculptam nugantur. Verba sunt libri de spoliis &c. Sanctorum, saepius laudati. Et auctor tractatus, qui inscribitur: Von den Heiligen Profeten des Heiligen Römischen Brodkorbs / de hoc lapide ita: (σ) Das ist aber eine sehr feine und meisterliche zügen / die unter den andern traum nicht die geringste ist / daß sie die Gestalt von des HErrn Christi clunibus in einem Stein zu Reims hinter dem grossen Altar auch weisen / und sagen / daß solches [quod nempe Christus formam clunium lapidi impreserit] Erstlich zu der Zeit geschehen sey / als der HErr Christus ein Steinmeyer worden ist / daß er den Türhess desselben Tempels auffbauete. Das ist eine so scheußliche und greuliche Gotteslästerung / daß mir grauet mehr davon zu reden. Et haecenus ille. Zu Rom / inquit Bauink (τ) in S. Pauli Kirchen ist (etwas) von dem Wasser / damit Christus getauft worden. De loco, ubi Salvator natus, Witebergae olim *quatuor* (υ) Hallis *duodecim*, particulae monstrabantur, (φ) & utrobique nonnullae de loco, ubi circumcissus, (χ) und da Maria im Kindelbett gelegen. (ψ) Item Da Christus das Pater noster gemacht. (ω) Von der Stad / da Christus das Pater noster geprediget hat / vom Stein / darauff Christus gestanden zu Jerusalem / und gesprochen: Hier ist das Mittel der Welt. Vom Stein / von welchem Christus auff den Esel gestiegen / von der Erden / da der HErr Christus gefangen ist. (a) *Caudam asinae*, cui Christus insistens, Hierosolymas ingressus fuit, monstrant olim Genevenses. Spongia, cujus in passionis Historia fit mentio, Romae est in aede Mar. Major. (b) Et in templo Lateranensi est quiddam vom Schwam / mit dem Christo Gall und Essig gereicht / und ein groß Stük von seinen Kleidern. Item, ein Strick / damit der HErr gebunden gewesen. (c) Duas particulas spongiae Witebergenses reliquiae habebant. p. 45. Es ist auch hier [inquit Bauink] der Titel des Creuzes Christi in einer vierecketen Tafel vom Holz. Dieser war lange verlohren / aber anno 1492. den 26. Jan. wieder funden / hat er ganz Rom erfreuet. (d) id. pag. 123.

(σ) pag. 31. b.

(τ) pag. 66.

(υ) pag. 43. Rel. Witeb.

(φ) Rel. Hall. p. 15. 20. 21. 26. 26.

(χ) Witeb. p. 42. Hall. p. 22.

(ψ) R. Hall. p. 26. lin. fin.

(ω) R. Hall. p. 23. fin.

(a) R. Wit. p. 43.

(b) Bauink pag.

(c) 154.

(d) id. pag. 123.



(d)  
Id. pag. 116.  
(c)  
pag. 10.

(d) Altare in quo oblatuſ fuit Chriſtus in templo Hieroſolymitano Romae templum Jacobi Majoris etiamnum habet, teſte Bauinkio, (e) cum hac epigraphe:

HIC LAPIS EST, IN QVO NATUM TEMPLO OB-  
TULIT OLIM

MORE HEBRAEORUM VIRGO MARIA SUUM.

(f)  
In Poſtill.  
Conc. Dom.  
24. Trin.

Plurima talia coacervare hîc poſſem, ſi opus foret. Sed ex his miſerorum coecitas plus ſatis liquet. Et capere ego non poſſum, qvi fiat, ut homines rationis compotes adeò dementari qveant, ut nugarum fumiq; hujuscemodi ac fuci vanitatem non animadvertant, qvum neq; ipſos lateat, qvantaſ impoſturaſ & fraudeſ adhibitae (aepiculè in reliqviis fuerint. Georgiuſ Schereruſ ipſe fatetur alicubi, (f) ſibi notum eſſe qvemdã, qvi adſerere non erubuerit, ſe nonnihil habere de oleo ex lampadibus qvinq; virginum prudentium; & aliũ, qvi particulam jaſtarit vexilli, qvò Chriſtuſ geſtarit infernum expugnaturuſ, immò aliũ, qvi dentem animae in purgatorio ſudantiſ oſtenderit. Tale qvid videtur eſſe columna, ſuper qvagalluſ è *Qvwnore*, Romae etiamnum oſtendi ſolita. Bauink enim p. 101. Hier [inquit] iſt auch die Seul/ darauff der Dahn getrehet. Die Andächtigen küſſen und verehren ſie mit ihrem Gebet. Et hunc Bauinkiuſ in eorum gratiam cum primis frequentiuſ, qvã alioſ, adlegavimuſ, qvi obtendunt, Papaeoſ modernoſ non eſſe tam ſtolidoſ, ut haſ merces vel extrudant, vel avidè excipiant. Hic enim Bauinkii liber, ut ſupra monuimuſ, intra ipſa ipſiuſ Romae moenia in officinã Franciſci Cavalli ante XXXII. annos, & qvidem cum cenſurã & approbatione Superiorum [mit der Obern guthetſen] impreſſuſ fuit, eundemq; ſubſcriptione ſuã Gauco Gaukema Friſiuſ, Protonotariuſ Apoſtolicuſ, & Canonicuſ Aqviſgranenſiſ confirmavit. Qviſ verò Evangelistarum, qviſ Patrum, qviſ Historicorum Eccleſiaſticorum adſervit umqvã, gallum illum columnae inſtituiſſe, qvum cantaret? Nihilominuſ hancce columnam, ut ait Bauink, devotè Romanenſeſ colunt & adorant. Atq; haec de reliqviis, qvaſ reliqviarum mangonibuſ, Thaidiſq; Romanae procis vel paraſitiſ relinqvimuſ, & cum Peraldo, Epifcopo Papaeo, dicimuſ: Si veſteſ, qvae tetigerunt [tetigiſſe putantur] Salvatoreſ, pro reliqviis habemuſ, cur verba, qvae ex ore ejuſ proceſſerunt, pro reliqviis non habemuſ? cum ſcriptum ſit; &

mi



mirabantur omnes de verbis gratiae, quae procedebant ex ore ejus. Sic loquitur ille in Summ. virtut. & vitior. tom. 1. cap. de Beatitudine. Quibus verbis gemella sunt illa Erasmi, in praefatione Paraphras. N. T. inqvientis: Si quis Christi tunicam exhibeat, quod non terrarum provolaturi sumus, ut eam osculari liceat? Atqui, ut totam Christi supellectilem proferas, nihil erit, quod Christum expressius ac verius repraesentet, quam Evangelicae litterae. &c. Has ergo in Ecclesiis orthodoxis eo, quo par est, modo venerantes exosculemur, hos evolvamur & colamus. Ut enim Papaeorum, quas venditant, reliquiae sunt incertae; ita hae verbi *θεοπνεύματος* reliquiae ac monumenta sunt certissima & infallibilia. Et si istis inhaereamus, non est periculum, ne Deus horrendam illam *ἐνέργειαν πλάνης* nobis mittat. Sed manum tandem de tabulâ. Jam ad PLURIMUM VENERABILE AMPLISSIMORUM DNN. INSPECTORUM Collegium me converto, EOSDEMQUE ac DOCTOS omnes hujus loci, ut exercitio Oratorio-Dramatico, de cruentissimâ caede infantium Bethlehemiticorum crastina die instituendo, frequentes ac faventes interesse dignentur, submissè, officiosissimè & enixè rogitò. P. P. ipsis Non. Mart. clò loc LX.

N.B.

Reliquiae Witeb. pag. 27. num. 15. Ein silbern Sarg mit Crystallen und übergüldeten Blumen / darinn Edelgestein / Es sind aber drinnen von den unschuldigen Kindern CCIV. Particul unter welchen viel ganze Glieder / Arm und Beine sind. Von den Häuten der unschuldigen Kindlein 2. grosse Particul. Von ihren Häuptern fünff grosse Particul. Zweene ganze Finger / und eine ganze Hand von den unschuldigen Kindlein. Ein ganzer Leichnam von einem der unschuldigen Kindlein und Märterer. Reliq. Hall. pag. 14. num. 27. Von den unschuldigen Kindern. pag. 55. num. 25. Ein silberne Wiege / darinn ist Heilighum von den unschuldigen Kindlein / eine Hirnschale mit dem Häutlein / 2. Particul



eul. Ein Hirnschale mit 2. Rinbalken/3. Particul. Zwanzig  
 Particul von ihren Häuptern. Drey sehr kleine Zäh-  
 ne von ihnen. Ein Schulterbein. Drey Finger von ih-  
 nen. Acht Ribben von ihnen. Neun Armröhren von  
 ihnen. Ein und dreissig andere Particul von ihren  
 Gebeine. Vier Particul von ihren Blut. Zween Parti-  
 cul von ihren Begräbnis. Ein Particul vom Vor-  
 ne/darein sie geworffen. pag. 67.n. 49. Ein Sarg dar-  
 inne liegt ein ganzer unverwesener Körper eines un-  
 schuldigen Kindes / darinne auch oben im Dache ein  
 Häupt eines unschuldigen Kindes / daran eine Wunde  
 und Blut gemerckt wird.



DISPO-



689

DISPOSITIO SACRI HUIUS DRAMATIS  
CUM IPSO HORAE I. POMER. AUSPICIO AU-  
SPICANDI HAEC EST.

**P**rimùm sub *Prologi* nomine JOH. ADAMUS  
*Schultzei* / Egrâ-Bohemus, de hujus exercitii argu-  
mento nonnihil monebit. Post illum quatuor adolescen-  
tes, videlicet JOHANNES HEINRICUS ALBERTI,  
Geranus; FRIDERICUS *Schöman* / Weidâ-Variscus;  
MICHAEL *Marggraf* / Crimmiziâ-Misnicus; & JOH.  
FRIDERICUS FLAXIUS, Teichvolffframsdorfio-  
Misnicus, qui sub *Magorum* personis de Angeli monitoris  
apparitione, & quâ viâ revertendum sit in terram patriam,  
*Graecè* disertabunt. Quare a. *quatuor* Magos introducamus,  
id jam ante triennium in programme de Magorum Hi-  
storiâ exposuimus. Post adparebit *Mercator* Bethlehemitan-  
us, (JOHAN. GEORG. *Bumprcht* / Budisfa-Lusatus) qui,  
quod Romae saepius versatus fingatur, Bethlehemaec lau-  
des ac felicitatem, & quid sub ac post nativitatem Dom.  
contigerit, Latino sermone exponet. Hunc insequetur  
HERODES, (GEORG. DIETERICUS *Pflug* / Eq. Misnic.)  
querimoniam de humanorum consiliorum vanitate, Ma-  
gorumq; perfidiâ habiturus, & quaesiturus ex *Consiliario*, Eu-  
bulo, (PAULO *Gerbrand* / Hamburg. Saxone) quid agen-  
dum, & quomodo tolli maturè Rex Judaeorum, recens na-  
tus, possit. Sed Consiliarius aestuantem Regis animum se-  
dabit, non adeò timendos esse vanos & incertos rumores,  
inculcans. Deinceps accedet *Josephus*, (CHRISTIANUS  
*Eilert* / Geran.) deliberaturus idiomate *Ebraico* cum Mariâ,  
(CASPARE CHRISTOPHORO DAUDERSTADIO,  
Dresdensi Misnico) quid faciendum post Magorum abitū  
sit, ac decreturus tandem reditū in patriam, Nazaretham,  
Cui, postquam somno esset obrutus, adparebit in somnio

An-



*Angelus Domini*, (PAULUS CONRADUS *Mitternacht*/ Geranus) fugamq; in Aegyptum mandabit. Mox quidam Theologiae Studiosus, *Periergus*, (CHRISTOPHORUS *Bogel* / ex valle Joach. Bohemus) *Theologo* cuidam (JOHANNI MOSDOREIO, Numburgensi) spinosas aliquot quaestiones de adparitione Angeli, aliisq; eò spectantibus, solvendas proponet, & adqviescet solutione. Et hic finis erit actus primi. Sub secundi frontispicium progredietur *Simeon* (FRIDERICUS *Rörber* / Aurobacensis Varius) disfertaturus cum *Hanna* (JOH. MICHAEL *Wernthorn* / Smidhusâ-Thuringo) de Mesia oblato in templo, & quae ibi contigerunt, & quidem *Ebraeo* sermonis genere. Hos subsequenter Magi, gratulaturi sibi invicem, quod ex Herodis manibus elapsi fuerint, Deoq; propterea lingua *Graecâ* persolutori gratias. His a. inde digressis *Nobilis* quidam aulicus (JOH. MARTINUS à *Bensendorf* / è Franco-niâ Byruthinus) Herodi nunciabit, quid ex Simeone & Hannâ audierit, & inflammato Tyranni animo novum, furorem adspirabit. Interim Josephus & Maria, quos comitantur aliquot Angeli, adversus mala fugae, abiturientes jamjam, semet invicem *Ebraico* colloquio solantur, praesentiamq; & auxilium Dei pio volunt animo. Post *Philaethes*, (JOH. ERNESTUS *Schulz* / Slaizâ-Var.) & *Philomathes*, (TOBIAS PETERMANNUS, Pirnensis Misnicus) aderunt, quorum ille *Theologi* personam induto cuidam, (JOHANNI *Reiffen* / Gerano) hic a. alii cuidam, *Theologum* simulanti, (JOHANNI *Pfaff* / Numburgensi) quaestiones aliquot de Christi fugâ, & in Aegyptum quidem, enodandas objiciet. Colophonem huic actui addet alius quispiam Herodis *Consiliarius*, (GEORGIUS DIETERICUS à *Wolfsrambendorf* / Eqves Misnicus) qui consultaturus cum Herode primum e quidem non omnino nullam conscientiae

ra-



rationem habere videbitur, mox tamen, ut Regis iram ef-  
 fugiat, ad nutum illius omne consilium inflectet. In ipso  
 actus tertii primordio *Conscientia* (ANTONIVS Schulz/  
 Francofurto Marchiacus) in conspectum se dabit, cum  
 Herode de plurimis Homicidiis expositulatura. Hanc ex-  
 esse iussum sequetur *Tyrannis*, (GEORGIVS Reissmann/  
 Reichenbachio-Variscus) Herodem in decreto jam infanticidi-  
 o confirmatura. Porro Thrasylbulus edictum, domi cō-  
 scriptum, Herodi exhibebit subscriptione muniendum &  
 sigillo regio. Rex verò per *ministrum* (JOH. HEINR. Reil/  
 Geranum) duos Centuriones advocari ocys curabit, qui-  
 bus executionem demandet. Post Conscientia sola sortem  
 suam deplorabit. Atq; ita absolvetur actus tertius. Quar-  
 tum auspicabuntur duo *Centuriones* coram Herode adpa-  
 rentes, quippe ejus mandata audituri. Quorum prior (JU-  
 LIUS à Wolframstorf Eq. Misn.) se Regis mandato satisfa-  
 cere posse negabit; posterior v. (JUL. HEINR. Trüschler/  
 Eq. Var.) se ad infanticidiū promptissimū ostendet. Deinde  
 prodibit iterū Tyrannis, sibiq; de executione decreti jam  
 antea infanticidii cum tripudio gratulabitur. Quam subse-  
 quentur duo Mercatores Bethlehemitani, quorum primus  
 jam suprà in actu primo cōspiciendum se dederat; alter v.  
 (JOH. CASPAR BERTRAMVS, Numburgensis) Romā re-  
 versum se jam fuisse, quidq; ibi viderit, edicet. Et hi de  
 Herodis edicto disertabunt. Postquam autem abierunt,  
 repraesentabitur, quantum fieri potest, ipsum infanticidi-  
 um. Adparebunt n. tres foeminae, ac tres milites, illae  
 quidem *Ebraicè* pro infantium vitā & incolumitate suppli-  
 caturae militibus; hi verò *Latine* insultaturi illis, ac tru-  
 cidaturi infanteis. Deinde duo Mercatores revertentur,  
 quibus prioris minister (GVILIELMVS ROMANVS,  
 Lichtensteiniā-Bohemus) quantam infantium stragem  
 Regis milites dederint, ac dent etiamnum, mortemq; filii,  
 bre-



breviter exponet. Mox ejusdem Mercatoris uxor (DAVID  
 Golle/ Geranus) lamentabunda adcurrent, Deum invocans,  
 ac marito tandem filioli necem denunciens. His autem  
 digressis Centurio secundus procedet in theatrum, infan-  
 ticii expositione oblectaturus suum ipsius animum, ac Mercato-  
 rem secundum, oestro impatientiae percitum, strictoq; gladio occur-  
 rentem gladio conficiet. Paulò post interfecti filius (JOSEPH. MAR-  
 QVARTUS. Lengenfeldâ Variscus) progressus in proscenium pro-  
 lixius lanienam infantium, ac parentis obitum deplorabit. Quem  
 subsequenter sub actus quinti initium sex pueri, (P. C. M. HEINR.  
 CHRISTIAN Schröter/ JOH. Dammehan/ CONRADUS Zimmer/  
 JOH. CASPAR Zopf/ & WOLFG. Reil) quorum unusquisq; sortis,  
 quam passus fuit, acerbitatem lugebit. Hos v. dissipabit ac dispellet  
 gladio vaginâ vacuo miles (JOH. Kelle/ Numburg.) de perpetrato  
 jam facinore enarraturus nonnihil. Postmodum progressus sub for-  
 mâ discipuli PAULUS CONRADUS Mitternacht/ quaestiones non-  
 nullas enodandas proponet JOH. SAMUELI Hellein/ Delic. Misni-  
 co, Praeceptoris publici personam gerenti. Concernunt a. quaestiones  
 illae infanticidium ipsum. Quib9 egressis Herodem in throno seden-  
 tem accedent & excruciantur quorundam injustè ab eodem inter-  
 fectorum spectra, Mariamnes, uxoris; (CHRISTOPH. Wohlwert Ge-  
 ranus) Alexandrae, socrus; (GEORGIUS Silert/ Ger.) Aristobuli, fi-  
 lii, (JOH. Schmidt/) Antipatri, filii; (JOH. HEINR. Grünler/ Svaren-  
 ses) & Aristobuli, adfinis; (MICHAEL Seyer/ Cromptensis Misnic9)  
 quibus Conscientia se immiscebit, Tyranni animum denuò discru-  
 ciatura, nec non manes duorum infantium occisorum. Postquam v.  
 disparuere spectra manesque, succedent Furiae, utpote Aleclo (SAL.  
 Henderich/ Weida. Var.) Megaera, (JOH. COLERUS, Rondeburg.  
 Misn.) Tisiphone, (GOTHOFR. Wendler/ Modervvitz. Var.) quae  
 succensis suis facibus Herodis animum in furorem agent. Ac frustra  
 Tyrannus Nobilem aulicum & militem, ut Furias abigant, rogitabit. Con-  
 scientia tandem unâ cum Furiis Tyranni animum inquietabit. Interea Josephus  
 & Maria admirandam Dei omnipotentiam, quam experti in Aegypto hac te-  
 nus fuerunt, Ebraicè depraedicabunt. Ulterius Nobilem aulicum sollicitum  
 Regis fatum habebit, & monebit Conscientia. Fama v. (JOH. HASIUS,  
 Cizâ Misn.) quam Tragicus Tyranni obitus fuerit, ex Josepho Historico enar-  
 rabit. Clausulam tandem toti exercitio attexet Epilogi vice functurus CHRIS-  
 TOPH. Pegoß/ Hirschf. Misn. Deus adesse nobis paternâ suâ gratiâ dignetur,  
 ut omnia in divini nominis gloriâ, pubisq; Scholasticae emolumentû vergant.



QK 422,32.

X 187 6410

SALVA

PLU

DNN.

M. JOHA

ternach

AT

HER

LATI

ME




SUB IP

17

SUB

GAE R.



II i  
1441

, QVA

LEIS

ORES.

EIS

ANUS Mit

HENEI

RIO-

CIDIO

ICE, ET

SUB

UMNI

IDIANAE

ORIO

ICISSI-

AMITZII,

79

